Brzescziansky tr. Vicecap[itane]o

32 Comparens personaliter coram officio cui praesidebat Nobilis Lau-
rentius Lawmbowski et actis praesentibus Castren[sibus] Premislien[sibus] Gene-
rosus Joannes Brzescianski a iure foro suis propriis quibus-
cumque recedendo, huic vero praesenti Castren[si] Premislien[si] iurisdic-
tioni se et suos successores cum bonis suis omnibus quo ad actum
praesentem incorporando et subiiciendo, mente et corpore sanus existens
publice per expressumque recognovit. Quia Generoso Victorino
Kowalski Vicecapitaneo Castren[si] Premislien[si] eiusque legittimis
successoribus Centum et decem flor[enorum] pecuniae monetae polonicalis
certi veri et liquidi debiti sibi mutuatae pecuniae tenetur. Pro
sique inscriptione se et suos successores super omnibus bonis suis he-
reditariis et obligatis mobilibus et immobilibus nunc et in post
habitis obligat et inscribit pro die et festo Nativitatis domini
proxime et immediate venturo solvere realiterque cum acta
praesentia Castren[sia] Premislien[sia] exponere et relinquere, relictaque
ab officio praesenti non repetiturum sub vadio similis summae
Centum et decem flor[enorum] pecuniae, in effectu solutionis in summam
capitalem convertendo. Quam quidem summam simul iunctam vide-
licet ducentorum et viginti flor[enorum] pecuniae extenditque super om-
nibus bonis haereditariis et obligatis mobilibus et immobilibus nunc
et in post habitis. Nihilominus praefatus Brzescianski se
et suos successores super omnibus bonis suis obligat inscriptionem prae-
sentem ex his actis ad acta terrestria Premislien[sia] ante decursum
terminis anni transferre transportare, similiterque vel si opus
fuerit meliorem recognitionem facere sub vadio Centum et de-
cem flor[enorum] pecuniae. Pro qua quidem summa simul iuncta vide-
licet ducentorum et viginti flor[enorum] pecuniae et vadiis praefatus recogno-
scens cum suis successoribus citatus extra a iure foro suis pro-
priis quibuscumque recedendo, coram Castren[si] Capitaneali Premi-
slien[si] officio cuius se actis praesentibus recognitum cum bonis et suc-
cessoribus suis subiicit in primo citationis termino tanquam
peremptorio stare parere respondere, ac pro praefata summa
simul iuncta vadiisque ab officio non recedendo sub alia simili
summa vadioque satisfacere cum suis successoribus toties quoties
opus fuerit tenebitur. Terminumque ipsum primum tanquam perem-
ptorium et alios subsequentes terminos nulla re exquisita nec valere
excogitata nec iudicialiter neque extraiudicialiter. Nec ad vel sim-
plici inficiendis, actione pro maiori, lites quibuscumque regalibus
brevibus militari et reipublicae sive Sacrae Regiae Maiestatis
Servitii gestum, absentia a regno, ac aliis omnibus legalibus
impedimentis, statutis et constitutionibus quibuscumque, non diffe-
rendo nec prolongando, ad quietationem de inscriptione praesenti et
ad evictorem seu evictores, ac ad munimenta quaevis citationem
sibi non requirendo, inscriptionem suam se non defendendo,
appellationibus cum motionibus earumque prosequendo ab officio
nullitatis factis, allegationibus. Quod non fecit evadendo vadium
faciam et facere nec officere. Nec clausula nemo ad
impossibilia teneri et obligari se non defendendo, poena trium
marcarum et triplici poena non evadendo. Exactionibus dillationibus

contradictionibus, proscriptionibus, suspensionibus, Non statutis in
stricturis. Mala in lucro condemnationibus, malo processu iuris ac
sancta condemnatione lucri perversumque iudicia earum ignorantia 33
et iuramento corporali non prolongando nec subterfugiendo, im-
mo se cum successoribus omnibus iuris et facti remediis abre-
nuntiando. Et nil sibi proderit in auxilium contra inscriptionem prae-
sentem assumendo, summa vadiorumque successorum sub amissionem totius
causa videlicet solutionem praefati vadii vel vadiorum quo vel
quibus solutis utique inscriptionem praesenti et omnibus in ea con-
tentis satisfacere cum suis successoribus tenebitur. Nulla prae-
scriptione terrestri in praemissis obstante.

Kowimczky arendat fratri

Coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Premislien[sibus] Generosus
Christophorus Kowimczki a terris dictibus iuribusque suis
quibuscumque propriis recedendo; huic vero puti Castren[si] Pre-
mislien[si] iurisdictioni se et successores quo ad infrascripta tantum in-
corporando publice recognovit. Quia bona tenuta sua videlicet villam
Woliczа quam habet ab eo seu Generoso Joanne Kowinczki
fratre suo germano actis terrestribus Premislien[sibus] in summa
duorum millium flor[enorum] pecuniae obligata et inscripta, cum omni
iure dominio proprietate utilitatibusque universis nil ex-
cipiendo, eidem Joanni Kowinczki et eius successoribus iam
venturo ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime
venturum pro summa certa pecuniae iam ab ipso Joanne
recepta, de quaquidem pro his quittat, arendavit et modo
arendae inscripsit. Dat et admittendo eidem iam eundem in
bona praefata realem introductionem cum actuali et pacifica possessione
per ministerium tenendo quemcumque. Et hic idem praefatus
Joannes Kowinczki coram officio et actis praesentibus personaliter
stans a iure foro suis propriis quibuscumque recedendo publice
recognovit. Quia bona praefata sibi per praedictum Christo-
phorum Kowinczki arendata non alio iure nisi vigore prae-
sentis arendae tenebit habebit et possidebit usque ad expirationem
arendae praefatae. Post expirationem vero arendae bona
eadem libere dimittet, in qua praefatus Christophorus tanquam
in sua propria inquietabit, et nullam per hoc violentiam
facit. Cui inquietationi praefatus Christophorus contradicere
non debet sub vadio in originali inscriptione contento.

Vinniczky vendit alio

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Ca-
stren[sibus] Premislien[sibus] Nobilis Strzelko filius Nobilis olim
Lazari Winniczky Hisczicz a iure foro suis propriis qui-
buscumque recedendo huic vero puti Castren[si] Premislien[si] iu-
risdictioni se et successores suos incorporando publice recogno-
vit. Quia Nobili Strzelko filio Nobilis olim Christo Win-
niczky dicto Niebale fratri patrueli et eius successoribus
bona sua haereditaria videlicet totam et integram sortem suam
in villa Winniky ipsum post parentes modo quovis concernentem
et spectantem, cum omni iure dominio proprietate ac cum om-
nibus et singulis fructibus proventibus redditibus attinentiis,

pertinen[tiis] utilitatibusque universis ut pro se et suis successoribus re-
servan[do] pro summa sedecim flor[enorum] pecu[nie] monete polonical[is] iam
vexnum vendidit et resignavit perpetue. Et iam sibi vexnum
in bona prefata dedit et admisit realem intromiss[ionem] et actualem
pacificamque possess[ionem] per ministerium terrestrem quemcunque. Perigni
Strzeszkowicz et illius successores bona prefata tenen[dum] haben[dum]
possiden[dum] perpetue. Tenebiturque prefatus Strzeszko cum
suis successoribus eundem Liszkowicz et suos successores in bonis
prefatis ab omni quavis impetitione iuridica quarumlibet per-
sonarum propinquarum et remotarum status sexus et condi-
tionis cuiuscunque existen[tium] pro omnibus prescriptionibus terrestribus. Nec-
non ab omnibus inscriptionibus et inscriptionibus prioribus et posterioribus
processibusque iuridicis quibuscunque totiens quotiens opus fuerit tueri
deffendereque et eliberare sub vadio totius summe sedecim flor[enorum]
pecu[nie]. Insuper etiam prefatus recognoscens se et suos suc-
cessores super omnibus bonis suis obligat presentem inscriptionem
ex his actis ad acta terrestria Premislien[sia] ante decursum unius
anni transferre transportare similemque vel si opus fuerit
meliorem resignationem facere sub simili vadio sedecim flor[enorum]
pecu[nie]. Pro quoquidem vadio seu vadiis prefatus recognoscens
cum suis successoribus citatus extunc a iure foro suis pro-
priis quibuscunque renuncian[do], coram Castren[si] Capitaneali Pre-
mislien[si] officio in primo citationis termino tanquam perem-
ptorio stare parereque respondere ac pro prefato vadio seu
vadiis omnibus exceptionibus controversiis, prescriptionibus
suspensionibus, motionibus appellationibus earumque prosequ-
tionibus, ad quittationem dilationem non peten[do], poenatiarum
marcarum et triplici poena ac aliis omnibus generis dilationibus
iurisque remediis semotis et in parte[m] evictis satisfacere
cum suis successoribus totiens quotiens opus fuerit tenebitur.
Nulla prescriptione terrestri in premissis obstan[te].

Idem eidem

Coram officio et actis presen[tibus] Castren[sibus] Premislien[sibus] persona-
liter stan[s] Nobilis Strzeszko Liszkowicz a iure foro suis propriis
quibuscunque renuncian[do] huic presenti Castren[si] Premislien[si]
iurisdictioni se et successores suos ad infrascripta tam incorporan[s]
publice recognovit. Quia Nobili Strzeszko filio Nobilis olim
Lazure Wienniczki [illegible] eiusque successoribus quatuor flor[enos]
et grossos quindecim pecu[nie] monete polonical[is] tenetur et deb-
bitus presensque se et suos successores super omnibus bonis
suis hereditariis et obligat[is] mobilibus et immobilibus nunc et in
post habitis obligat et inscribit, pro die et festo sacro Paschatis
proxime et immediate venturo solvere realiterque circa acta
presentia exponere et extinguere sub vadio totius summe qua-
tuor flor[enorum] et grossorum quindecim pecu[nie] ad solvend[um] suc-
cumbere. Pro quoquidem vadio tum et summa principali
prefatus recognoscens cum suis successoribus citatus extunc
a iure foro propriis renuncian[do] coram Castren[si] Capitaneali
Premislien[si] officio in primo citationis termino tanque peremptorio
stare parere respondere ac pro prefato vadio summaque
principali ab officio non recedendo omnibus exceptionibus contro-
versiis prescriptionibus, suspensionibus, motionibus appellationibus
earumque prosequtionibus, ad quittationem dilationem non peten[do], terra
vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori poenatiarum marcarum
et triplici poena, ac aliis omnibus generis dilationibus iu-
risque remediis semotis et in parte[m] evictis satisfacere cum
suis successoribus totiens quotiens opus fuerit tenebitur. Nulla
prescriptione terrestri in premissis obstan[te].

Nibowsky adscribit Ostrowski

Comparens personaliter coram officio et actis presen[tibus] Castren[sibus]
Premislien[sibus] Nobilis Dionisius Nibowsky a iure foro suis
propriis quibuscunque renuncian[do] huic presenti Castren[si] Premi-
slien[si] iurisdictioni se et suos successores cum bonis suis omnibus
quo ad infrascripta tam incorporan[s] publice recognovit. Quia Ge-
neroso Alberto Ostrowski vicecapitaneo Drohobicen[si] et
eius successoribus ad summam priorem originalem quadra-
ginta flor[enorum] pecu[nie] sibi prius in duabus curiis Makar-
zowska et Pawlikowska actis quibuscunque inscript[is], sexaginta
flor[enos] pecu[nie] monete polonical[is] in eisdem bonis adscribit adiun-
git annectit et associat, summamque originalem cum pre-
senti adscriptitia iungit, ita quod erit summa simul iun-
cta centum flor[enorum] pecu[nie]. In quaquidem summa simul iuncta
prefatus Ostrowski cum suis successoribus bona eadem in inscri-
ptione originali specificata tenebit habebit habebit et
possidebit illisque utifruetur usque ad exemptionem et summe
prefata simul iuncte plenariam persolutionem. Dan[s] et
admitten[s] eis iam vexnum in bona prefata realem intromis-
sionem et actualem pacificamque possessionem per ministerium ter-
restrem quemcunque. Nihilominus prefatus Dionisius Ni-
bowsky se et suos successores super omnibus bonis suis obligat
inscriptionem presentem Castren[sem] Premislien[sem] ex his actis ad a-
cta terrestria Premislien[sia] ante decursum unius anni trans-
ferre transportare similemque vel si opus fuerit meliorem
resignationem facere sub vadio sexaginta flor[enorum] pecu[nie]. Pro
quoquidem vadio prefatus recognoscens cum suis successoribus
citatus extunc iure suo quovis proprio ommisso coram Ca-
stren[si] capitaneali Premislien[si] officio in primo citationis termino
tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro pre-
fato vadio seu vadiis omnibus exceptionibus controver-
siis prescriptionibus, suspensionibus, motionibus, appel-
lationibus earumque prosequtionibus, terra vel simplici infir-
mitatibus, actione pro maiori legalibus quibusvis impedi-
mentis, poenatiarum marcarum et triplici poena, ad quittationem
dilationem non peten[do], ac aliis omnibus generis dilationibus iu-
risque remediis semotis et in parte[m] evictis satisfacere cum
suis successoribus tenebitur. Nulla prescriptione terrestri in
premissis obstan[te]. Quod memoriali firmatum est.